



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilman

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

2. De imagine Christi seruatoris, quam mulier hæmorrhossa à Christo
Domino curata erexit, eiusque miraculis, item de imaginibus Apostolorum
Petri & Pauli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](#)

CRAR.
cognomi
erorum
e rebus ma
ginem, ca
tioriam, &
oland, lang
eo credere
tione, pol
iuina imag
dextera par
ata fuit, &
aliodam l
ciuitatis du
quaz muta
O charact
O venerab
gnaculum p
i nostri. (T
n re animan
ui pte & m
entus metu
um tua be
edem cura
ris successo
n. Statum
ncede viri
gnabilis. S
itlo Deo
caleste, e
glia

LIBER III.

313

glorificantes & celebrantes: Quoniam cum
decet gloria, & oratio, in saecula saeculorum.
Amen.

Ephesius Cesariensis. lib. 7. cap. 14. Ecclesiast. hist. Ni
teporum lib. 6. cap. 15. Ecclesiast. historiae, Gregori
Turonensis lib. 1. de gloria martyrum cap. 21. De
imagine Christi seruatoris, quam mulier hemor
rhoissa a Christo Domino curata erexit, eiusq; mi
raculis, item de imaginibus Apost. Petri & Pauli.

CAP. II.

M Vlarem, quam sanguinis profluvio la
borantem, a Salvatore curatam, Evan
geli tradiderunt, Cæsarez Philippi ciuem co
fite fuisse, domusque eius in ea etiam nunc
ostenditur. Pro foribus vero domus ipsius, ba
sis quedam in loco editiore collocata mon
stratur, in mulieris ipsius velut genibus prouo
luz, palmasque suppliciter tendentis imago
et videtur expressa. Adstat vero alia ære ni
hilominus fusa statua, habitu viri, stola com
pre circumdati, & dexteram mulieri porrigen
tis. Huius ad pedem statuae, è basi herba quæ
dam noua specie nascitur. Quæ cum exorta
fuerit, excelsiore visque stolæ illius ærei indu
menti fimbriam solet. Quam cum summo
vertice crescens herba contigerit, vires inde
ad depellendos omnes morbos languoresque
conquirit: ira ut quæcumque illa fuerit infir
mitas corporis, haustu exiguo madefacti salu
bris graminis depellatur, nihil omnino vi
rium



314 COLLATION. SACRARIUM gerens, si antequam æreæ similitudinæ summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus IESU formatam tradebant, quæ permanuit ad nostras usque tempora, sicut ipsi oculis nostris inservimus. Et nihil mirum, si hi qui ex gentibus crediderant, pro beneficijs, quæ à salvatore nuerant consecuti, huiusmodi velut munus videntabantur offerre, cum videamus etiam numerorum Apostolorum Petri & Pauli, & ipsius Salvatoris imagines designari, tabulasq; depingi. Sed & antiquas ipsorum imaginēs à quibusdam conseruatas nos vidimus, quod mihi uidetur ex gentili consuetudine indifferenter obseruatum, quod ita soleant honorare, quo honore dignos duxerint. Insignia enim veterum reseruari ad posteriorum memoriam, illorum honoris, horum vero amoris iudicium est.

Constantinus Magnus Imperator, in fidei sua confessione & editio, cui consonat Nicephorus Callistus Eccles. hist. lib. 7. cap. 33. Quomodo Constantinus Imper. apparentius sibi noctu Petro & Paulo a postolis, à corporis & anima lepra liberatus, Christique fidem professus sit,

CAP. III.

Confitemur Dominum nostrum IESU CHRISTUM, & implisse legem & Prophetas, passum, crucifixum secundum scripturam tertia die à mortuis resurrexisse, alium pri-